



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1729. usque ad annum 1731

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1785

VD18 13322648

§. 39. Summi Pontificus Constitutiones & decreta.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67677](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67677)

Sæc. XVIII. Episcopus Alexandrinus, Cardinalis
 A. C. 1729. Presbyter tit. S. Mariæ in Via.

§. XXXIX.

*Summi Pontificis Constitutiones &
 decreta.*

Plura eaque saluberrima decreta hoc
 item anno Pontifex condidit, at-
 que inter alia Constitutionem evulga-
 vit, qua Clericorum & Sacerdotum
 crimina singulari quidem vigilantia,
 legumque severitate insectatus est, ha-
 bita tamen ratione venerationis erga
 Sacerdotalem prærogativam, indecens
 fore censuit, si Presbyteri unacum
 Laicis ad triremes damnarentur, et
 propter ergastulum, quod *Centum-cl-*
lense vocant, prope Cornetum instau-
 rari, eoque Sacerdotes asportari iussit,
 ut pro delictis impositas ibidem pœnas
 luerent. Ut vero sese erga bene me-
 ritos æquum exhiberet remuneratorem,
 die decima sexta Februarii Sacro Ci-
 sterciensium Ordini privilegia a Præde-
 cessoribus concessa confirmavit, simul-
 que varias gratias nonnullis familiari-
 bus suis concessit. Cum autem tot
 Conventus Ord. FF. Mendicantium præ-
 cipue Ord. S. Francisci in Hispaniis jam
 fuissent erecti, ut si alii de novo con-
 derentur, hi Religiosi Christifidelibus
 præ

pro sustentatione sibi procuranda oneri
essent, & a puritate Regulæ, quam
profitentur, desciscere cogentur,
hinc Pontifex die septima Martii pro-
hibuit, ne ejusmodi Conventus intra
quinque aut saltem quatuor leucas a
Conventibus jam erectis Ordinis FF.
Minorum de novo erigerentur.

Sæc. XVIII.
A. C. 1729.

Jam supra meminimus, quod sum-
mus Pontifex ob appellantium pertina-
ciam Urbi ac Diœcesi Parisiensi gratiam
Anni Jubilæi denegarit, proin præfatæ
Diœcesis fideles variis impedimentis
detenti pro consequenda hac gratia
Romam venire non potuerint, tandem
vero Pontifex ad humiles Cardinalis
Noailii Archiepiscopi Parisiensis preces
anno priori die decima tertia Novem-
bris transmissis Brevi eos sacri hujus
thesauri participes reddidit. Cum
autem illi, qui ob pertinacem suam
oppositionem sese sacri hujus favoris in-
dignos effecerunt, ab eo tamen se ex-
cludi haud posse, obtenderent, hinc
Pontifex die octava Martii declaravit,
suz intentionis nullatenus esse aut
fuisse, quod Indulgentia Anni Jubilæi,
aliaque in præfato Brevi Apostolico
concessa iis suffragarentur, qui per Pon-
tifices Prædecessores a Sacrz Romanæ
Ecclesiæ charitate segregati fuerunt,
& quibuscum proin nulla Pontifici &

Sæc. XVIII præfatæ Ecclesiæ communio Ecclesiastica existit, nisi prius resipuerint.

A. C. 1729.

Sub idem tempus Pampilonensis Civitatis Magistratus & Præfecti summo Pontifici exposuerunt, quod Anno 1721. ut cives ab imminente pestilentia liberarentur, sese perpetuo voto obstrinxerint, se nullo unquam tempore, ut scenici ludi exhiberentur, permituros, neque Histrionum cætus admitturos: paucos tamen post annos teste experientia agnoverint, hujus voti observantiam potius ad destructionem, quam ad publicam ædificationem verti eoquod Cives & incolæ, qui prius honestas comedias accedere consueverant, nunc clam ad minus honestas oblectationes divertissent, ac insuper Orphantrophium reditibus & illis proventibus spoliaretur, qui ex dictis comediis non modice exigebantur, & ex quibus Orphanæ & spurii alebantur. Igitur experientia horum relatione Pontifex die decima septima Martii statuit, ut obtenta voti dispensatione quotannis solemniter publice a præfatæ Urbis Episcopo per tres dies SS. Sacramentum exponeretur, & in die ultimo post solemne Sacrum Hymnus Ambrosianus musicis modulis decantaretur, ac demum in festo Purificationis B. V. solemniter supplicatio quotannis haberetur; cum ac

tem Præfecti postmodum exponerent, quod ad has solemnitates rite exercendas congrua dos assignanda, proin cives ad certam contributionem cogendi forent, inde vero timenda esset calumnia quorundam, qui sub pietatis obtentu pecunias extorqueri convitiarentur, hinc votum in aliud opus commutari rogarunt. Igitur Pontifex ad eorum preces inclinatus, præcepit, ut quingenta scuta ad fabricam Ecclesiæ Carmelitarum calcetorum de Tudela in Hispaniis pro unica vice solverent.

Sæc. XVIII.
A. C. 1729.

Præterea Benedictus XIII. die vigesima prima Martii indulgentias Crucibus, Rosariis &c. benedictis ab Abbate Monasterii Montis Serati Ord. Benedict. confirmavit; Eodem etiam tempore Gallus Gallucius Abbas Generalis & Abbas Ramirus Gerardus Procurator Generalis Ord. S. Benedicti Congregationis Montis Virginis apud Pontificem querebantur, quod etsi omnes dicti Ordinis Monachi in Monasteriis sub Obedientia Abbatum degentes vi Tridentini, & privilegii ab Urbano IV. concessi a Jurisdictione Nuntii Apostolici in Neapolis Regno exempti essent, quamvis extra claustra deliquissent, nihilominus tamen Nuntius contra eosdem procedendi jus sibi arrogat.

Sæc. XVIII. rogaret, sub obtentu facultatis a Cle-
 mente VIII. & Tridentino cap. 14. Sell.
A C. 1729. 25. de Regul. Nuntiis Pontificiis tan-
 quam Delegatis concessæ: Expenis
 igitur hisce querelis Pontifex die vige-
 sima sexta Martii hanc litem inter Nun-
 tium & Monachos abolere intentus
 declaravit, hanc facultatem per Cle-
 mentem VIII. concessam duntaxat in-
 telligi posse de facultate procedendi et-
 tiam contra exemptos Regulares, si
 hi devii, & errantes, & extra claustra
 in delicto *deprehenduntur*, non autem
 de facultate procedendi private vel
 cumulative contra eos in Monasteriis
 sub obedientia suorum Abbatum de-
 gentes, proin ad Nuntium jurisdictionis
 duntaxat devolvatur, in casu negligenti-
 æ Superiorum Regularium. Præ-
 terea Pontifex die undecima Julii con-
 cessit indulgentiam plenariam & perpe-
 tuam illis, qui aliquam Ecclesiam Ca-
 nonicorum Præmonstratensium, ubi-
 cunque locorum die 16. Jan. die 3. &
 29. Martii, 7. Aprilis, 15. Junii, 9. Julii,
 13. Augusti, & 17. Novembris pie visi-
 taverint.

Alia Constitutione idem Pontifex
 die 23. Sept. ad preces Michaelis An-
 geli Tamburini Societatis Præpositi Ge-
 neralis erexit Congregationem *de bona*
 Morte primariam Romæ in Domo Pro-
 fessa,

Sæc. XVIII.
A. C. 1729.

fessa, simulque eidem P. Generali facultatem dedit, eandem per Univer-
sum Orbem in Jesuitarum Ecclesiis instituendi, ita tamen, ut si aliquando
eos Roma abesse, vel alibi commorari contingat, Sodales, in quibuscunque locis existant, indulgentias Congregationi concessas consequi, easque per modum suffragii pro animabus in purgatorio applicare valeant. Die autem vigesima quarta Maij Pontifex statuta approbavit, quæ eidem Sorores Conservatorii Domus Charitatis pro salutari earum Regimine, & pro puellis, aliisque mulieribus in doctrina Christiana, & rudimentis fidei Catholicæ rite instituendis condita & ab Episcopo approbata obtulerunt. Celebris denique est ejusdem Pontificis Constitutio, qua Asyli jura temperans, declaravit, ut jam publici latronis nomine veniat, proin asylo excludendus sit, qui unquam grassationem in via publica aut vicinali committit, dummodo grassati mors, aut membrorum mutilatio secuta fuerit. Pariter exclusit Pontifex non modo eos, qui I. in Ecclesiis aut cæmeteriis, homicidia vel mutilationes committunt, sed II. etiam eos, qui in Ecclesia aut Cæmeterio stant, interficiunt vel mutilant extra Ecclesiam vel cæmeterium stantes, III. illos, qui

K 5

stan-

Sæc. XVIII. stantes extra Ecclesiam occidunt vel
 A. C. 1729. mutilant eos, qui intra Ecclesiam vel
Cæmeterium stant. IV. Eos, qui con-
 fugientibus vim inferunt, eosque ab
 Ecclesia vel loco immuni violenter ab-
 strahunt. V. Mandantes & mandata-
 rios, etsi pecuniæ promissio &c. non
 fuerit adimpleta, dummodo assassinium
 re ipsa fuerit patratum. VI. Interfi-
 cientes proximum animo præmeditato
 ac deliberato. VII. Falsificantes lite-
 ras Apostolicas VIII. falsos monetarios
 IX. denique eos, qui se in alienas do-
 mos introducunt, animo perpetrandi
 rapinas, easque cum homicidio & mu-
 tilatione committunt. Statuit vero
 Pontifex, quod soli Episcopo competat
 declarare, an delictum sit a jure asyli
 exceptum.

§. XL.

*Diversa S. Congregationum
decreta.*

Exstant insuper plura decreta, quæ
 S. Congregationes Romanæ hoc
 anno ediderant, & quidem die vige-
 sima quinta Januarii S. Rituum Con-
 gregatio declaravit, quod festum sep-
 tem Dolorum B. V. si concurrat cum
 officio secundæ classis, ad proximum
 sabbatum transferatur, si autem sab-
 batum